

ihu baptizato et orante: apertum est
 celum. et descendit spiritus sanctus corpo-
 rali specie sicut columba in ip-
 sum. et uox de celo facta est.
 Tu es filius meus dilectus: in te con-
 placuit michi. Et ipse ihesus erat
 incipiens quasi annorum trigin-
 ta: ut putabatur filius ioseph.
 Qui fuit heli. qui fuit mathat:
 qui fuit leui. Qui fuit melchi.
 qui fuit ianne. qui fuit ioseph. ^{lxv}
 Qui fuit mathathie. qui fuit ^{lxv}
 amos. qui fuit naum. Qui fu-
 it essi. qui fuit nagge. qui fuit
 maach. Qui fuit mathathie. ^{lxvi}
 qui fuit semei. qui fuit ioseph. ^{lxvi}
 Qui fuit iuda. qui fuit iohan-
 na. qui fuit resa. Qui fuit zo-
 robabel. qui fuit salathiel. qui
 fuit neri. Qui fuit melchi. qui
 fuit addi. qui fuit cosam. Qui
 fuit helmmodam. qui fuit er.
 qui fuit ihesu. Qui fuit elie-
 zer qui fuit iozim. qui fuit
 mathat. Qui fuit leui. qui
 fuit simeon: qui fuit iuda.
 Qui fuit ioseph. qui fuit iona.
 qui fuit heliachim. Qui fuit
 melea. qui fuit menna. qui fuit
 mathata. Qui fuit nathan.
 qui fuit dauid qui fuit iesse.
 Qui fuit obed. qui fuit booz.
 qui fuit salmon. Qui fuit na-
 ason. qui fuit ammadaab. qui
 fuit aram. Qui fuit esrom. qui
 fuit pbaref. qui fuit iude.
 Qui fuit iacob. qui fuit ysaac.
 qui fuit abrahe. Qui fuit tha-

re. qui fuit nachor. qui fuit
 seruch. Qui fuit ragau. qui fu-
 it pbaleg. qui fuit beber. Qui
 fuit sale. qui fuit caman. qui
 fuit arfaxath. Qui fuit sem.
 qui fuit noe. qui fuit lamech.
 Qui fuit matufale. qui fuit
 enoch. qui fuit iared. Qui fuit
 malalehel. qui fuit caman. qui
 fuit enos. Qui fuit sech. qui fu-
 it adam. qui fuit dei. Ihesus autem
 plenus spiritu sancto regressus est ab
 iordane: et agebatur in spiritu in
 desertum diebus quadraginta. et
 temptabatur a diabolo. Et nichil
 manducavit in diebus illis. et
 consumatis illis esurivit. Dixit
 autem illi diabolus. Si filius dei
 es: dic ut lapides isti panes fiant.
 Et respondit ad illum ihesus. Scrip-
 tum est quia non in pane solo ui-
 uit homo: sed in omni uerbo dei.
 Et duxit illum diabolus in montem
 altissimum: et ostendit illi omnia
 regna orbis terre in momento
 temporis. et ait ei. Tibi dabo po-
 testatem hanc uniuersam et glo-
 riam illorum: quia michi tradita
 sunt. et cui uolo do illa. Tu ergo
 si adoraueris coram me: erunt
 tua omnia. Et respondens ihesus:
 dixit illi. Scriptum est. Dominum deum
 tuum adorabis: et illi soli serui-
 es. Et duxit illum in hierosolimam et sta-
 tuit eum super pinnam templi. et
 dixit illi. Si filius dei es: mitte
 te hinc deorsum. Scriptum est enim
 quod angelis suis mandauit de

Fuis.

te ut conseruent te: et quia in
 manib; tollent te. ne forte offen-
 das ad lapidem pedem tuū. Et
 respondens ih̄s: ait illi. Dicitū
 est. Non temptabis dñm dñm
 tuum. Et consummata om̄i tēp-
 tatione: diabolus recessit ab
 illo usq; ad tempus. Et egressus
 est ih̄s in uirtute sp̄s in galileam:
 et fama exiit p̄ uniuersam regi-
 onem de illo. et ipse docebat in
 sinagogis eorū et magnificaba-
 tur ab omnibus.

Et uenit nazareth ubi erat
 nutritus. et intrauit scdm̄ con-
 suetudinē suā die sabbati in
 sinagogā: et surrexit legere.
 et traditus est illi liber ysaię
 p̄phę. Et ut reuoluit librum:
 inuenit locū ubi scriptū erat.
 Sp̄s dñi sup̄ me. p̄pter qđ unxit
 me: euangelizare paup̄ibus
 misit me. Sanare contritos cor-
 de. predicare captiuis remissio-
 nē. et cecis uisum. dimittere cō-
 fractos in remissionē predicare
 annū dñi acceptū. et diem re-
 tributionis. Et cum plicuisset
 librū reddidit ministro et se-
 dit: et om̄ium in synagoga
 oculi erant intendentes in eū.
 Cępit autē dicere ad illos: qđ
 hodie impleta est hec scriptu-
 ra in aurib; ur̄is. Et om̄s te-
 stimoniū illi dabant: et mira-
 bant̄ in uerbis gr̄ę que p̄cede-
 bant de ore ipsius. et dicebāt.
 Nonne hic est filius ioseph?

Et ait illis. Vtiq; dicitis michi hęc
 similitudinē. Medice: curate te ip-
 sum. Quanta audiuimus facta
 in capharnaū: fac et hic in pata-
 tua. Ait autē. Am̄ dico uobis:
 quia nemo p̄pha acceptus est
 in patria sua. In ueritate dico
 uobis: multe uidue erant in
 dieb; helię in isrl̄. quando clau-
 sum est celū. annis trib; et men-
 sibus sex. cū facta est fames ma-
 gna in om̄i terra. et ad nullā
 illarū missus est helyas. nisi in
 sareptha sydonię ad mulierē ui-
 duam. et multi leprosi erant in
 isrl̄ sub helyseo p̄pha. et nemo eo-
 rum mundatus est nisi naaman
 syrus. Et repleti sunt om̄s in sy-
 nagoga na: hec audientes. Et
 surrexerunt et eiecerunt eū
 extra ciuitatē: et duxerunt il-
 lum usq; ad sup̄ciliū montis.
 supra quē ciuitas illorū erat
 edificata. ut precipitarent eū.
 Ipse autē transiens p̄ medium
 illorum ibat.

Et descendit in capharnaū
 ciuitatē galilee: ibiq; docebat
 illos sabbatis. Et stupebant in
 doctrina eius: quia in potesta-
 te erat sermo ipsius. Et in si-
 nagoga erat homo habens de-
 monium immundū: et excla-
 mauit uoce magna dicens. Si-
 ne. quid nobis et tibi ih̄u naza-
 rene: uenisti p̄dere nos. Scio
 te quis sis. Sc̄s dei. Et increpa-
 uit illi ih̄s dicens. Obmutesce

l. xvii
 c. xxiii
 c. xxvii
 l. xlvii

l. xviii

l. xxi
 c. xliii
 c. li
 l. xxxv

l. xxii

l. xxiii
 c. xli

l. xxiiii
 c. lxxii
 c. lxxii

l. xxv
 c. lxxii

l. xviii
 c. xli
 c. l
 l. lviii

et exi ab illo. Et cum precisset illum
demonium immundum: exiit ab illo.
nichilque eum nocuit. Et factus est
pauor in omnibus: et colloquebantur
ad inuicem dicentes. Quid est hoc
uerbum quia in potestate et uirtu-

te impat immundis spiritibus.
et exeunt: Et diuulgabantur fama
de illo: in omnem locum regionis.

Surgens autem Iesus de synagoga:
intrauit in domum symonis. So-
crus autem symonis tenebat ma-
gnas febris: et rogauerunt illum
pro ea. et stans super illam impauit
febri et dimisit illam. et conti-
nuo surgens ministrabit illis.

Cum sol autem occidisset: omnes
qui habebant infirmos uariis
languoribus: ducebant illos ad
eum. At ille singulis manus im-
ponens curabat eos. Exibant
autem etiam demonia a multis:
clamantia et dicentia quia tu es
christus filius dei. Et increpans non
sinebat ea loqui: quia sciebant
ipsum esse christum. Facta autem die
egressus ibat in desertum locum:
et turbe requirebant eum. et
uenerunt usque ad ipsum. et de-
tinebant illum: ne discederet ab
eis. Quibus ille ait: quia et alijs
ciuitatibus: oportet me euange-
lizare regnum dei. quia ideo mis-
sus sum. Et erat predicans in si-
nagogis galilee.

Factum est autem cum turbe
irruerent in eum ut audirent
uerbum dei. et ipse stabat secus sta-
gnum genesareth. Et uidit duas naues

stantes secus

stagnum. Piscatores autem descen-
derant: et lauabant retia. As-
cendens autem in unam nauim.
que erat symonis: rogauit eum
a terra reducere pusillum. et se-
dens docebat de nauicula tur-
bas. Ut cessauit autem loqui: dixit
ad symonem. Duc in altum: et la-
xate retia uestra in captiuam. Et
respondens symon: dixit illi.
Preceptor. pro tota nocte labora-
tes nichil cepimus: in uerbo au-
tem tuo laxabo rete. Et cum hoc
fecissent: concluderunt piscium
multitudinem copiosam. Rum-
pebatur autem rete eorum: et an-
nuerunt socijs qui erant in alia
nauim ut uenirent et adiuua-
rent eos. et uenerunt et imple-
uerunt ambas nauiculas ita ut
mergerentur. Quod cum uideret
symon petrus: prostratus ad genua
ibidem dicens. Exi a me: quia ho-
mo peccator sum domine. Stupor
enim circumdederat eum et om-
nes qui cum illo erant: in cap-
tura piscium quam cepant. Simi-
liter autem iacobum et iohan-
nem filios zebedei: qui erant
socij symonis. Et ait ad sy-
monem Iesus. Noli timere ex
hoc iam homines eris capiens.
Et subductis ad terram nauibus:
relictis omnibus: secuti sunt eum.

Et factum est cum esset in
una ciuitatum: ecce uir plenus
lepra. et uidens Iesum et prostratus
in faciem rogauit eum dicens.

LXXX
LXXXVII

LXXXVII

LXXXVII
LXXXVII
LXXXVII

LXXXVII
LXXXVII
LXXXVII

LXXXVII
LXXXVII
LXXXVII

LXXXVII
LXXXVII

LXXXVII
LXXXVII

LXXXVII

Onē suus: potes me mundare.
 Et extendens manū: tetigit illū
 dicens. Volo. Mundare. Et con-
 festim lepra discessit ab illo. Et
 ipse precepit illi ut nemini di-
 ceret: sed uade ostende te sa-
 cerdoti. et offer p emundatio-
 ne tua sicut precepit moyses
 in testimonium illis. Perambu-
 labat autē magis sermo de illo:
 et conueniebant turbe multe
 ut audirent et curarent ab in-
 firmitatib; suis. Ipse autē
 sedebat in desertū: et orabat.

Et factum est in una dierū
 et ipse sedebat docens: et erāt
 pharisei sedentes et legis docto-
 res qui uenerant ex omni castel-
 lo galilee. et iudee. et hierlm.
 et uirtus erat dñi ad sanandū
 eos. Et ecce unū portantes in le-
 cto hominē qui erat paralyti-
 cus: et querebant eū inferre.
 et ponere ante eum. Et n̄ mue-
 mentes qua parte eū inferret
 pre turba: ascenderunt sup
 tectū. et p regulas summiserūt
 illum cum lecto in medio ante
 ihm. Quorū fidē ut uidit: dixit.
 Homo remittunt tibi peccata
 tua. Et cepunt cogitare scribe
 et pharisei: dicentes. Quis est
 hic qui loquitur blasphemia?
 Quis potest dimittere peccata
 nisi solus deus? Ut cognouit
 autē ihs cogitationes eorū: re-
 spondens dixit ad illos. Quid co-
 gitatis in cordib; ur̄is? Quid

est facilius dicere dimittantur
 tibi peccata. an dicere surge et
 ambula? Ut autē sciatis quia
 filius hominis habet potestātē
 in terra dimittere peccata: ait
 paralytico. tibi dico surge. tolle
 lectū tuū et uade in domū tuā.
 Et confestim surgens corā illis:
 tulit in quo iacebat. et abiit in
 domū suā magnificans dñm.
 Et stupor apprehendit omnes:
 et magnificabāt dñm. Et repleti
 sunt timore: dicentes. quia ui-
 dimus mirabilia hodie.

Et post hec exiit et uidit pub-
 licanum nomine leui. sedentē
 ad teloneū: et ait illi. Sequere
 me. Et relicto omib;: surgens
 secutus est eum. Et fecit ei con-
 uuium magnū leui in domo
 sua: et erat turba multa pub-
 licanorū et aliorū qui cū illis
 erant discumbentes. Et mur-
 murabant pharisei et scribe
 eorū: dicentes ad discipulos ei.
 Quare cū publicanis et pecca-
 torib; manducatis et bibitis?
 Et respondens ihs: dixit ad illos.
 Non egent qui sani sunt medi-
 co: sed qui male habent. Non
 ueni uocare iustos: sed peccato-
 res in penitentiā. At illi dixe-
 runt ad eū. Quare discipuli io-
 hannis ieiunant frequenter
 et obsecrationes faciunt. simi-
 liter et phariseorū. tui autem
 edunt et bibunt? Quib; ipse
 ait. Nunquid potestis filios spon-

Lxxxvii
 d. xxxvii
 d. xxxvii
 l. xli

Lxxxvii
 d. xxxvii
 d. lxxvi

Lxxxvii
 d. lxxvi
 d. lxxvii

Lxxxvii
 d. lxxvi
 d. xxxvii

Lxxxvii
 d. lxxvi
 d. xxxvii

Lxxxvii
 d. lxxvi
 d. xxxvii

Lxxd
 d. lxxvii
 d. xxxvii

si dum cum illis est sponsus face-
re ieiunare: Veniunt autē di-
es. et cum ablatus fuerit ab eis
sponsus: tunc ieiunabunt in
illis dieb;. Dicebant autē et simi-
litudinē ad illos: quia nemo cō-
missuram a uestimento nouo
mittit in uestimentū uetus.
Alioqn et nouum rumpit: et
ueteri n̄ conuenit cōmissura.
a nouo. Et nemo mittit unū
nouū in utres ueteres. Alioqn
rūpet unum nouum utres. et
ipsum effundetur et utres p̄bit.
sed unū nouum in utres nouos
mittendū est. et utraq; conser-
uant. Et nemo bibens uetus. sta-
tim uult nouum. Dicit enī. Ve-
tus est melius.

Factum est autē sabbato secūdo
primo cum transiret p̄ sata:
uellebant discipuli eius spicas et
manducabant confricantes ma-
nibus. Quidam autē phariseorū:
dicebant illis. Quid faciū qd nō
licet in sabbatis? Et respondens
ihs ad eos: dixit. Nec hoc legisti
quod fecit dauid cum esurisset ip-
se et qui cum eo erant. quom̄
intrauit in domū dei et panes
ppositionis sumpsit. et mandu-
cauit et dedit his qui cū ipso
erant. quos non licebat man-
ducare nisi solis sacerdotibus?
Et dicebat illis: quia dñs est
filius hominis etiam sabbati.
Factum est autē et in alio sab-
bato ut intraret in sinagogam

et doceret: et erat ibi homo et
manus eius dextra erat arida.
Obseruabant autē scribe et pha-
risei si in sabbato curaret: ut in-
uenirent accusare illū. Ipse ue-
ro sciebat cogitationes eorum:
et ait homini qui habebat ma-
nū aridam. Surge: et sta in me-
dio. Et surgens stetit. Ait autē
ad illos ihs. Interrogo uos: si li-
cet sabbatis bene facere an male.
an mam saluā facere an pdere.
Et circumspicis om̄ib;: dixit
homini. Extende manū tuam.
Et extendit: et restituta est ma-
nus eius. Ipsi autē repleti sunt
insipientia: et colloquebant̄
ad inuicem quidnā facerent ihu.

Factū est autē in illis dieb;
exiit in montē orare: et erat
p̄noctans in oratione dei. Et
cū dies factus eēt uocauit disci-
pulos suos. et elegit duodecim
ex ipsis quos et ap̄stos nomina-
uit: symonē quē cognomina-
uit petrū. et andream fr̄em
eius. iacobū. et iobem. philip-
pum. et bartholomeū. mathe-
um. et thomā. iacobū alpheī.
et symonē qui uocat̄ zelotes.
iudam iacobi. et iudā scarioth.
qui fuit pditor. Et descendens
cū illis stetit in loco campestri:
et turba discipulorum eius et
multitudo copiosa plebis. ab
om̄i iudea. et iher̄lm. et mari-
tima. et tyri. et sydonis. qui
uenerant ut audirent eum.

Lxli
d̄ xxv
d̄ xxxv

Lxliij
d̄ cxxv
d̄ lxxvi
Lxliij
d̄ lxxxv
d̄ xxxv

Lxlv
d̄ cxxv
d̄ lxxxvi
Lxlv

Lxliij
d̄ cxxv
d̄ xxxv

et sanarentur a languoribus suis.
 Et qui uexabant spiritibus in-
 mundis: curabant. Et omnes
 uerba querebat eum tangere: quia
 uirtus de illo exibat et sanabat
 omnes. Et ipse eleuatis oculis in
 discipulos suos: dicebat. Beati
 pauperes: quia uerum est regnum
 dei. Beati qui nunc esuritis:
 quia saturabimini. Beati qui
 nunc fletis: quia ridebitis. Be-
 ati eritis cum uos oderint homi-
 nes. et cum separauerint uos.
 et exprobrauerint et eiecerint
 nomen uerum tanquam malum:
 propter filium hominis. Gaude-
 te in illa die: et exultate. Ec-
 ce enim merces uestra: multa est
 in celo. **Scdm** hec enim faciebant
 prophetis: patres eorum. Veruntamen
 ue uobis diuitibus: quia ha-
 betis consolationem uestram. **Ve**
 uobis qui saturati estis: quia
 esurietis. **Ve** uobis qui ride-
 tis nunc: quia lugebitis et flebi-
 tis. **Ve** cum uobis bene dixerit
 omnis homines. **Scdm** hec enim
 faciebant pseudo prophetis patris
 eorum. Sed uobis dico: qui audi-
 tis. Diligite inimicos uestris: be-
 nefacite his qui oderunt uos.
 Benedicite maledicentibus: uo-
 bis: orate pro calumniantibus
 uos. Et qui te percussit in maxil-
 lam: prebe et alteram. Et ab eo
 qui aufert tibi uestimentum:
 etiam tunicam noli prohibere.
Omni autem petenti te tribue:

et qui aufert que tua sunt: ne
 repetas. Et prout uultis ut faci-
 ant uobis homines: et uos illis
 similiter. Et si diligitis eos qui
 uos diligunt. que uobis est gratia:
Nam et peccatores: diligentes
 se diligunt. Et si benefeceritis
 his qui uobis diligunt ut qui
 benefaciunt. que uobis est gratia:
Siquidem et peccatores hoc fa-
 ciunt. Et si mutuum dederitis
 his a quibus spatium recipere. que gratia
 est uobis: **Nam** et peccatores
 peccatoribus fenerant: ut re-
 cipiant equalia. Veruntamen
 diligite inimicos uestris. et bene-
 facite et mutuum date nichil inde
 sperantes: et erit merces uestra mul-
 ta. et eritis filii altissimi. quia
 ipse benignus est super ingratos
 et malos.

Estote ergo misericordes: sicut et
 pater uester misericors est. **No**-
 lite iudicare: et non iudicabi-
 mini. **Nolite** condempnare:
 et non condempnabimini. **Di**-
 mittite: et dimittimini. **Da**-
 te: et dabitur uobis. **Men**su-
 ram bonam et confertam et coa-
 gitatam et super effluentem dabit
 in sinum uestrum. **Eadem** quippe
 mensura qua mensi fueritis:
 remetietur uobis. Dicebat autem
 illis et similitudinem. **Nunquid**
 potest cecus cecum ducere: non
 ne ambo in foueam cadent: **No**-
 est discipulus super magistrum. **Per**-
 fectus autem omnis: erit sicut

Exlv
c. xxvExlvij
c. xxviExlvij
c. xxviiExlvij
c. xxviii

El

El
c. xlEl
c. xliEl
c. xxviiiEl
c. lviijEl
c. xliEl
c. xliEl
c. lviijEl
c. xc
c. xxviii

lxxv
d li

lxx
d lxxv

lxxi
d lxxv

lxxii
d lxxv

lxxiii
d lxxv

lxxiv
d lxxv

magister eius. Quid autē uides festucā in oculo fr̄is tui. trabem autē que in oculo tuo est n̄ consideras: aut quomodo potes dicere fr̄i tuo. frater sine eiciam festucam de oculo tuo. ipse in oculo tuo trabem non uides: Hypocrita: ecce p̄mū trabem de oculo tuo: et tunc p̄spicies ut educaſ festucam de oculo fr̄is tui. Non est enī arbor bona que facit fructū malos: neq; arbor mala facient fructū bonū. Vna queq; enī arbor de fructu suo cognoscitur. Neq; enī de spinis colligunt ficus: neq; de rubo uindemiant uuam. Bonus homo de bono thesauro cordis sui p̄fert bonū: et malus homo de malo thesauro p̄fert malum. Ex abundantia cordis: os loquitur. Quid enī uocatis me dñe. dñe. et non facitis que dico: Om̄s qui uenit ad me et audit sermones meos et facit eos: ostendem uobis cui similis est. Similis est homini edificanti domū: qui fodit in posuit fundamentum supra petram. Inundatione aquarū facta. illisum est flumen domui illi: et non potuit eam mouere. Fundata enim erat supra petrā. Qui autē audit et non facit: similis est homini edificanti domū suā sup̄ terrā. sine fundamento. In qm̄ illius est fluuius et continuo cecidit: et facta est ruina domus illius magna.

lxxv
d lxxv
lxxvii

Cum autē impleſſet omnia uerba sua in aures plebis: int̄uit capharnaū. Centurionis autē cuiusdā seruus male habens erat moriturus: qui illi erat preciosus. Et cum audisset de ih̄u misit ad eū seniores iudeorū: rogans eū ut ueniret et saluaret seruū eius. At illi cum uenissent ad ih̄m rogabāt eum sollicite: dicentes ei. quia dignus est. ut hoc illi prestes. Diligit enī gentē nr̄am: et sinagogam ipse edificauit nobis. Ihs autē ibat cū illis. Et cū iam non longe esset a domo: misit ad eū centurio amicos dicens. Dñe noli uexari. n̄ enī dignus sū ut sub tectū meū int̄es p̄pter qd̄ et meip̄sū non sū dignū arbitrat̄ ut uenire ad te: sed dic uerbū et sanabitur puer m̄s. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus. habens sub me milites: et dico huic uade et uadit. et alio ueni et uenit. et seruo meo fac hoc: et facit. Quo audito ihs miratus est: et conuersus sequens plebem dixit. Am̄ dico uobis: nec in isrl̄ tantā fidem inueni. Et reuersi qui missi fuerant domū: inuenerunt seruū qui languerat sanum.

lxxvii

lxxvi
d lxxvi

lxxviii

Et factum est dem̄ceps ibat in ciuitatē que uocat̄ naim: et ibant cū illo discipuli eius et turba copiosa. Cū autē appropinquaret portæ ciuitatis: et

ecce defunctus efferebat filius
unicus matri sue. Et hec uidua
erat: et turba civitatis multa
cu illa. Quam cum vidisset dñs
miscdia motus sup ea: dixit illi.
Noli flere. Et accessit: et tetigit
loculum. Hii autē qui portabāt
steterunt. Et ait. Adolescētē di
co surge. Et resedit qui erat mor
tuus: et cepit loqui. et dedit il
lum matri sue. ^{lxxxviii} ^{ad cii} Accepit autem
om̄s timor: et magnificabant de
um dicentes. quia ppha magnus
surrexit in nobis. et quia d̄s ui
sitavit plebem suā. Et exiit hic ^{lxxxviii} ^{ad cii}
sermo in uniuersam iudeā de
eo: et omnē circa regionem.

Et nuntiauerunt iohanni
discipuli eius de om̄ib; his et cō
uocauit duos de discipulis suis.
iohannes et misit ad ihm dicens.
Tū es qui uenturus es an alium
expectamus? Cum autē uenis
sent ad eum uiri: dixerunt. Io
hannes baptista misit nos ad te:
dicens. Tū es qui uenturus es
an aliū expectamus? In ipsa au
tē hora curauit multos a lango
ribus suis et plagis et spiritibus
malis: et cecis multis donauit
uisum. Et respondens: dixit
illis. Euntes nunciate iohi que
uidistis et audistis: quia ceci
uident. claudi ambulant le
psi mundantur. surdi audiūt.
mortui resurgunt. pauperes
euangelizantur. et beatus est
qui cumq; n̄ fuerit scandaliza

tus in me. Et cum discessissent
nuntij nuntij iohannis: cepit
dicere de iohē ad turbas. Quid
existis in desertū uidere: Harū
dinē uento moueri: sed qd̄ exi
stis uidere: hominē mollib; uesti
mentis inducū: Ecce qui in ueste
preciosa sunt et delicijs: in do
mib; regū sunt. Sed quid existis
uidere: ppham: Vtiq; dico uo
bis: et plusquā ppham. Hic est
de quo scriptum est. Ecce ange
lum meū mitto ante faciē tuā:
qui preparabit uia tuā ante
te. Dico enī uobis. maior inter
natos mulierū ppha iohanne bap
tista nemo est: qui autē minor
est in regno dei maior est illo.
Et om̄is popl̄s audiens et pub
licam iustificauerunt dñm bap
tizati baptismo iohis: pharisei
autē et legis p̄ti consiliū dei spre
uerunt in semetipsos. n̄ baptiza
ti ab eo. Cui ergo similes dicam
homines generationis hui? et
cui simile sunt? Similes sunt
pueris sedentib; in foro: et loqn
tib; ad inuicē et dicentib;. Canta
uimus uobis et n̄ psaltastis: la
mentauimus et n̄ plorastis. Venit
enī iohes baptista neq; mandu
cans panē. neq; bibens uinum:
et dicitis demoniū habet. Venit
filius hominis manducans et bi
bens: et dicitis ecce homo deuora
tor et bibens uinum. amicus pub
licanorū et peccatorū. Et iusti
ficata est sapientia ab om̄ib; filijs

lxxxviii

lxxxviii
ad cii

lxxxviii
ad cii

lxxxviii
ad cii

lxxxviii

lxxxviii
ad cii

Lxxv
d. cxxv

fuis. **R**ogabat autē illū quādam
 de phariseis: ut manducaret cum
 illo. Et ingressus domū pharisei:
 discubuit. Et ecce mulier quę erat
 in ciuitate peccatrix. ut cogno-
 uit quōd ih̄s accubuit in domo pha-
 risei: attulit alabastrū unguē-
 ti. et stans retro secus pedes eius.
 lacrimis cepit rigare pedes eius.
 et capillis capitis sui tergebat. et
 osculabatur pedes eius. et unguē-
 to unguebat. Videns autē phari-
 seus qui uocauerat eū: ait intra
 se dicens. Hic si esset propheta: sciret
 utique quę et qualis esset mulier
 quę tangit eū. quia peccatrix est.
 Et respondens ih̄s: dixit ad illū.
 Symon: habeo tibi aliquid dicere.
 At ille ait. Magister dic. Duo de-
 bitores erant cuidā feneratori:
 unus debebat denarios quingen-
 tos. et alius quinquaginta. Non
 habentibus illis unde redderent:
 donauit utrisque. Quis ergo eū
 plus diligere debet? Respon-
 dens symon dixit. Estimo: quia is cui
 plus donauit. At ille dixit ei.
 Recte iudicasti. Et conuersus
 ad mulierē: dixit symoni. Vides
 hanc mulierē? Intraui in do-
 mū tuā: aquā pedibus meis non
 dedisti. Hęc autē lacrimis riga-
 uit pedes meos: et capillis suis
 terxit. Osculū michi non dedi-
 sti: hęc autē ex quo intrauit. nō
 cessauit osculari pedes meos.
 Oleo caput meū non unxit: hęc
 autē unguento unxit pedes me-

meos. Propter quōd dico tibi: remit-
 tuntur ei peccata multa quā di-
 lexit multū. Qui autē minus di-
 mitit: minus diligit. Dixit
 autē ad illā. Remittuntur tibi
 peccata. Et cepunt qui simul
 accumbebant dicere intra se.
 Quis est hic qui etiā peccata di-
 mitit? Dixit autē ad mulierē.
 Fides tua te saluā fecit: uade
 in pace. viii.

Lxxvi
d. cxxvi
Et factū est demceps et ipse
 iter faciebat per ciuitatē et castel-
 lū predicans et euangelizans
 regnū dei: et duodecim cū illo.
 et mulieres aliquę quę erant
 curate ab spiritibus malignis
 et infirmitatibus. **MARIA** quę uo-
 catur magdalene de qua demo-
 nia septē exierant. et iohanna
 uxor chuze pcuratoris herodis
 et susanna et alię multę quę
 ministrabant ei de facultatibus
 suis. Cū autē turba plurima
 cū ueniret. et de ciuitatibus ppe-
 rarent ad eū: dixit per similitu-
 dinē. Exiit qui seminat semi-
 nare semen suū. Et dum semi-
 nat: aliud cecidit secus uiam. et
 conculcatū est. et uolucres celi
 comederunt illud. Et aliud ce-
 cidit supra petriā: et natū aru-
 it quia non habebat humorem.
 Et aliud cecidit inter spinas:
 et simul exorte spine suffocau-
 erunt illud. Et aliud cecidit
 in terrā bonā: et ortū fecit fru-
 ctū centuplū. Hęc dicens: cla-

mabat. Qui habet aures audien-
 di: audiat. Interrogabant autē
 eū discipuli eius: quē esset hęc pa-
 rabola. Quib; ipse dixit. Vobis
 datū est nosse misterū regni dī.
 Ceteris autē in parabolis. ut vi-
 dentes n̄ uideant. et audientes
 n̄ intelligant. Est autē hęc pa-
 rabola. Semen est uerbū dei.
 Qui autē secus uia: hī sunt qui
 audiunt. deinde uenit diabo-
 lus et tollit uerbū de corde eorū.
 ne credentes salui fiant. Nam q̄
 sup̄ petiā: qui cū audierint cū
 gaudio suscipiunt uerbū. Et
 hī radices non habent: q̄a ad
 tempus credunt. et in tempore
 tēptationis recedunt. Quod au-
 tē in spinis cecidit: hī sunt qui
 audierunt. et a sollicitudinib;
 et diuitijs et uoluptatib; uite eū-
 tel suffocant̄. et non referunt
 fructū. Quod autē in bonā ter-
 ram: hī sunt qui in corde bono
 et optimo audierunt uerbū retinet.
 et fructū afferunt in patientia.
 Nemo autē lucernā accendens
 opit eam uase aut subtus lectū
 ponit: sed supra candelabrum
 ponit. ut intrantes lucē uideāt.
 Non enī est occultū qđ non ma-
 nifestetur: nec absconditū qđ
 n̄ cognoscat̄ et in palā ueniat.
 Videte ergo: quomodo auditis.
 Qui enī habet dabitur illi: et q̄
 cūq; non habet. etiā qđ putat
 se habere auferet̄ ab illo. Uene-
 runt autē ad illum mater et fr̄s

eius. et non poterant adire eū pre-
 turba: et nunciatū est illi. Ma-
 ter tua et fr̄s tui stant foris: uo-
 lentes te uidere. Qui respondens:
 dixit ad eos. Mater mea et fr̄s mei
 hī sunt: qui uerbū dī audiunt
 et faciunt.

lxxxvii
 d. ccccii
 d. xxxvii
 i. cccvii

Tactum est autē in una dierū:
 et ipse ascendit in nauiculā et
 discipuli eius. et ait ad illos. Trans-
 fretemus trans stagnū. Et ascē-
 derunt. Nauigantib; autē illis
 obdormiuit: et descendit pcella
 uenti in stagnū. et complebun-
 tur. et picitabant̄. Accedentes
 autē suscitauerunt eū dicentes.
 Preceptor: p̄imus. At ille sur-
 gens increpauit uentū et tē-
 pestatē aque: et cessauit uent̄.
 et facta est tranquillitas. Dix̄
 autē illis. Vbi est fides uīa: Qui
 timentes mirati sunt: dicentes
 ad inuicē. Quis putas hic est. q̄a uen-
 tis impat̄ et mari. et obediunt ei:
Enauigauerunt autē
 ad regionē gerasenorū: que ē
 contra galileam. Et cum egres-
 sus esset ad terrā: occurrit illi
 uir quidā qui habebat demo-
 niū iam temporib; multis. et
 uestimento non induebatur.
 neq; in domo manebat sed in
 monumentis. Is ut uidit ih̄m
 p̄cidit ante illū: et exclamans
 uoce magna dixit. Quid michi
 et tibi est ih̄u fili dei altissimi?
 Obsecro te ne me torqueas. Pre-
 cipiebat enī sp̄ui immundo:

lxxxvii
 d. ccccii
 d. xxxvii
 i. cccvii

lxxxviii
 d. cccciii
 d. xxxviii

lxxxix
 d. cccciiii
 d. xl

lxxxix
 d. cccciiii
 d. xxxix

lxxxix
 d. cccciiii
 d. xxxix

ut exiret ab homine. Multis enim
 temporibus arripiebat illum. et un-
 ciebatur catenis et compedibus
 custoditus: et ruptis unculis age-
 bat a demonio in desertum. Interro-
 gavit autem illum Iesus: dicens. Quod
 tibi nomen est? At ille dixit. Le-
 gio. Quia intrauerant demonia
 multa in eum: et rogabant illum
 ne imparet illis ut in abissum
 irent. Erat autem ibi grex porco-
 rum multorum pascens in mo-
 te: et rogabant eum ut pmitte-
 ret eis illos ingredi. Et pmi-
 sit illis. Exierunt ergo demonia
 ab homine et intrauerunt in
 porcos: et impetu abiit grex
 propter preceptum in stagnum et suffocatus
 est. Quod ut uiderunt factum qui
 pascebant: fugerunt et nunci-
 auerunt in ciuitatem et in uil-
 las. Exierunt autem uidere quod
 factum est: et uenerunt ad Iesum.
 et inuenerunt hominem seden-
 tem a quo demonia exierant.
 uestitum ac sana mente ad pedes
 Iesu et timuerunt. Nunciaue-
 runt autem illis. et qui uide-
 rant quomodo sanus factus
 est a legione: et rogauerunt
 illum omnis multitudo geraseno-
 rum ut discederet ab ipsis. quia
 timore magno tenebantur. Ipse
 autem ascendens nauim reuer-
 sus est: et rogabat illum uir a quo
 demonia exierant ut cum eiret.
 Dimisit autem eum Iesus: dicens.
 Redi domum tuam: et narra quanta

tibi fecit deus. Et abiit per uniuersam
 ciuitatem: predicans quanta
 illi fecisset Iesus.

Factum est autem cum redisset
 Iesus: excepit illum turba. Erant
 enim omnes expectantes eum. Et ecce
 uenit uir cui nomen iairus. et
 ipse princeps synagoge erat: et ce-
 cidit ad pedes eius rogans eum
 ut intraret in domum eius. quia
 filia unica erat illi fere annorum
 duodecim. et hec moriebatur.
 Et contigit dum iret: a turbis
 comprehensus. Et mulier quedam
 erat in fluxu sanguinis ab an-
 nis duodecim: que in medicos
 erogauerat omnem substantiam
 suam. nec ab ullo potuit cura-
 ri. Accessit retro et tetigit fim-
 briam uestimenti eius: et con-
 festim stetit fluxus sanguinis
 eius. Et ait Iesus. Quis est qui
 me tetigit? Negantibus autem il-
 lis omnibus: dixit petrus. et qui
 cum illo erant. Preceptor. turbe
 te comprimunt et affligunt. et
 dicis quis me tetigit? Et dixit
 Iesus. Tetigit me aliquis. Nam et
 ego noui uirtutem de me exisse.
 Videns autem mulier quia non latu-
 it: tremens uenit et prostrata ante
 pedes Iesus. et ob quam causam
 tetigerit eum indicauit coram omni
 populo. et quemadmodum confestim
 sanata sit. At ipse dixit illi. Fi-
 lia fides tua te saluam fecit: ua-
 de in pace. Adhuc illo loquente:
 uenit quidam a principe synago-

ge dicens ei. Quia mortua est fi-
lia tua: noli uexare illū. Ihs
autē audito hoc uerbo: respon-
dit patri puellę. Noli timere.
Crede tantū: et salua erit. Et
cū uenisset domū: non p̄misit
intrare secū quęquam. nisi pe-
trū et iohem et iacobū. et pa-
trē et matrē puellę. Flebant
autē om̄s: et plangebant illā.
At ille dixit. Noli flere. Non ē
mortua: sed dormit. Et deri-
debant eū: scientes quia mor-
tua esset. Ipse autē tenens ma-
nū eius: clamauit dicens. Pu-
ella surge. Et reuersus est sp̄s
eius et surrexit continuo: et mis-
sit illi dari manducare. Et
stupuerunt parentes eius: quib;
precepit ne alicui dicerent quod
factum erat. ix.

Conuoctis autē duodecim
ap̄lis dedit illis uirtutē et po-
testatē sup̄ om̄ia demonia. et
ut languores curarent: et mi-
sit illos predicare regnū dei
et sanare infirmos. Et ait ad
illos. Nichil tuleritis in uia:
neq; uirgā. neq; perā. neq; pa-
nē. neq; pecuniā. neq; duas
tunicas habeatis. Et in qua-
cūq; domū intraueritis: ibi
manete et inde ne exeatis.
Et quicūq; non receperit uos:
exeuntes de ciuitate illa. et
am puluerē pedum ur̄orum
excutite. in testimoniū sup̄
illos. Egressi autē circuibant

p̄ castella: euangilanzantes et cu-
rantes ubiq;.

Audiuit autē herodes tetrar-
cha. om̄ia que fiebant ab eo:
et hesitabat eo quod diceret a quibus-
dam quia iohes surrexit amor-
tuus. a quibusdā autē quia helyas ap-
paruit. ab alijs uero quia ip̄ha
unus ab antiquis surrexit. Et
ait herodes. Iohem decollauit
ego. Quis autē est iste de quo
taliam ego audio? Et querebat
uidere eum. Et reuersi ap̄li nar-
rauerunt illi quecūq; fecerunt.
Et assumptis illis: secessit seor-
sum in locū desertū qui est beth-
saida. Quod cū cognouissent
turbe secute sunt illū: et exce-
pit illos et loquebatur eis de re-
gno dei. eos qui cura indigebāt
sanabat. Dies autē cepit deci-
nare: et accedentes duodecim
dixerunt illi. Dimitte turbas:
ut euntes in castella uillasq;
que circa sunt diuertant. et
inueniant escas. quia hic in
loco deserto sumus. Ait autē
ad illos. Vos date illis mandu-
care. At illi dixerunt. Non fe-
nobis plusquā quinque panes
et duos pisces: nisi forte nos ea-
mus et emamus in omnē hanc
turbam escas. Et tunc autē fere
uiri quinque milia. Ait autē ad
discipulos suos. Facite illos dis-
cumbere p̄ conuiuia: quinque
genos. Et ita fecerunt: et dis-
cumbere fecerunt om̄s. Accep-

ix. lxxxvii
q̄ lxxxviii
q̄ lxxxviiii

lxxxvii
q̄ lxxxviii
q̄ lxxxviiii

lxxxviii

lxxxviiii

lxxxvii
q̄ lxxxviii
q̄ lxxxviiii

lxxxvii
q̄ lxxxviii

lxxxvii
q̄ lxxxviii
q̄ lxxxviiii

lxxxvii
q̄ lxxxviii
q̄ lxxxviiii

tis autē quinq; pamb; et duob;
piscib;: respexit in celū et bene-
dixit illis. et fregit. et distribuit
discipulis suis ut ponerent ante
turbas. Et manducauerunt
om̄s: et saturati sunt. Et sub-
latū est qđ sup̄fuit illis. fragm̄
torū cophni duodecim.

Et factum est cū solus esset
orans. erant cum illo et disci-
puli: et interrogauit illos di-
cens. Quē me dicunt esse tur-
